

a Lodi; e che alcuni fanti, doveano venir a Lodi, sono stà mandati versso el Monte de Brianza. Si giudica, guizari fazino movesta contra il stato di Milan; ma, lui dice non è vero, et esser stà mandati in suso per butar uno ponte a Lecho, over per dubito di ballestrieri e fantarie di la Signoria, che sono sul bergamascho.

Letera di 8. Come gran numero de vaseconi erano versso Parma; li qualli fanno grande insolentie e disonestà, e tutti crida. Hanno menato via XI donzele de una villa de piacentina; *item*, in una altra villa ne erano alozati alcuni in caxa di uno contadino, et usando disonestà, el dito patron tene modo di levarse, con le done, di caxa, e brusò la caxa con quelli fanti che erano dentro. E dite fantarie vanno a Mantoa.

35. ANTONIUS CONTARENO, miseratione divina patriarcha Venetiarum Dalmatiaeque primas, venerabilibus viris dilectis, plebanis et rectoribus ecclesiarum civitatis et dioecesis nostrae Venetiarum, cæterisque præsbyteris et omnibus clericis cujuscumque status et conditionis in quibuscumque ordinibus constitutis, jurisdictioni nostrae subjectis, salutem in Domino.

Cum deliciae et vanitates et Deo et hominibus displiceant, et hae sint clericis maxime et religiosis a jure prohibita, tanquam causa quoscumque dirigens ad saecularia desideria, ac distrahens a divinis officiis, et occasio cujuscumque mali, ideo ex injuncta nobis patriarchali auctoritate praecipimus, et in virtute sanctae obedientiae districte mandamus vobis omnibus et singulis suprascriptis, quatenus in termino dierum octo, a die publicationis praesentium connumerandorum, debeatis realiter et cum effectu et in habitu et tonsura clericis convenienti incedere, juxta formam sacrarum canonum et constitutionum, tam sinodali quam patriarchalium praedecessorum nostrorum.

Et primo, ut nulli comam et barbam nutrire debeant, sed tonderi faciant in modum, quod capillorum longitudo aurium longitudinem non excedat, nec etiam scriminale, quod muliebre est, et non virile, facere audeant aut praesumant, deserantque insuper clericam seu tonsuram condecens non parvitate nimia aut magnitudine notandam; et hoc sub poena ducati unius, applicanda pro dimidia hospitali pietatis, et pro alia dimidia hospitali domini nostri Jesu Christi apud Sanctum Antonium, et sol-

dorum XX dandorum nuncio curiae nostrae accusanti seu denunciante, et hoc totiens quotiens.

Item, prohibemus in virtute sanctae obedientiae mandantes et sub poena ut infra, quod nullus clericus deferat aut deferre audeat caligas stricatas aut divisas neque viridis aut rubei seu alterius coloris tendentis ad rubeum vel viridem colorem, et prout vulgariter dicitur, rosa seca et zalo et camoza, sub poena amissionis ipsarum et nunciis curiae nostrae denunciantibus distribuendarum, ac etiam suspensionis a divinis, et, si nobis visum fuerit, privationis a receptione fructuum beneficiorum aut mansionariorum suarum per sex menses post inobedientiam immediate sequentes, si beneficia aut mansionarias habuerit; sin autem incurrant poenam ipso facto incarcerationis per quindecim dies, et alias poenas arbitrio nostro declarandas.

Item, quod nullus audeat deferre annulos aut cingula fulcita auro aut argento sub poenis ut supra, nisi fuerit doctor aut in dignitate constitutus.

Item, praecipimus et districte mandamus, ut nullus clericus ut supra audeat vel praesumat deferre vestes supradictorum colorum prohibitorum, nec aliquas alias habentes manicas majoris latitudinis duarum quartarum, nisi esset in dignitate constitutus, ad quem tamen manicarum latitudinem extendi volumus, sub poena amissionis dictarum vestium applicandarum ut supra; et si beneficia non habuerint, sub poena ut supra.

Insuper declaramus et statuimus, quod omnes in sacris ordinibus constituti, juxta mandatum per nos alias decretum, caputia deferre debeant, quae non sint suffulta varis seu cendato rubeo, praeterquam in doctoratu et dignitate constituti, sub poenis ut supra.

In quorum fidem praesentes fieri iussimus, et nostri sigilli impressione muniri ac omnibus singulis sacristis ecclesiarum praedictarum affigi et ibi affixas dimitti.

Datum in nostro patriarchali palatio, die X aprilis MDIX.

JOANNES FRANCISCUS ZENTILINUS
curiae patriarchalis notarius, de mandato
subscript (1).

A di 10, marti di Pasqua. Fra' Rufino, predicator a Santa Maria di l'Orto, tolse combiato li, et predichò di la morte; et commemorò tutte le prediche fate, il tema e le parte fate: mostrò grandissi-

(1) Questa holla è a stampa e munita del sigillo del patriarcha.